

sceleratorum genus in unam fascem collegavit, iniquis: Alator, & spoliator, & latro ex liberalium genere sunt.

LUXURIA.

342. Facit animam hominis servam carnis.

Gen. 39. **N**ascit uxor Domini oculo in Joseph: Quare dicitur uxor Domini nonne erat Domina Josephi mancipii? erat: nonne ergo compendiosius dici poterat: iniecit Domina oculos in Joseph? Respondet S. Ambrosius. Reite uxor Domini non Domina dicitur, quomodo Domina, que dominandi non habebat affectum, que servilis libidinis incentiva prestebat. Pudeat te, quod anima tua nobilis Domina serviat auri mancipio: quid dices, si videres equum superbe phaleratum, sessorem autem in contentibus, &c. B. ferm. 2. n. 22. 23.

10. 82. **Q**ui facit peccatum servus est peccati. Vide Tit. Peccator: Gravissime laborat in servitute demonis. Quin imo non tantum in servam carnis mutat animam, sed etiam in bestiam transfiguratur. Rex Tiridates, trucidans Virginem suam impudicitate consentire nolentem, in porcum mutatur. Quae differentia est inter hunc Tiridatem & luxuriosum? illa, quod ille extrinsecus, luxuriosus solum intrinsicus habeat formam suilem, &c. P. p. 2. disc. 12. n. 16. 16.

Imo luxuria non tantum hominem facit servum carnis, sed omnino animale & brutum: videmus hoc in libidinosi, qui licet aliquando penitent, & misericordiam suam deplorent, tamen viso obiecto amato mox, quasi mente carent, in primitias fecunditates relabuntur. Id quod propheta affirmat: Fornicatio, & vinum & ebrietas auferunt cor.

Femina impure recte assimilatur sui, seu porco: 1. Quia sus est animal plane stolidum; ideo Aegyptii sapientem representantur per Elephantem, & stultum per suem. 2. Sues tota die in ceno se volunt: ita femina lasciva non nisi impudicitia delectatur. 3. Sues sunt pronae in Venerem, sic & femina lasciva. 4. Sus est animal impudens, & indocile: ita femina impudica, &c. C. Prov. 11. v. 22.

343. Illius voluptates sunt falsa, & deceptorie.

Appropinquavit ludus se extendentium in lectum: lacinata est ad mortem domus

meretricis. Possent nunc loqui, qui propter voluptates carnis damnati sunt, o quomodo maledicerent illi place, ductori, januae &c. M. conc. 37. aff. 3. n. 6. B. ferm. 14. n. 34. n. 35. Serm. 18. n. 13. S. punct. 64. f. 223.

Quid aliud relinquunt carnales voluptates, nisi afflictionem, & miseriam. Absalon rebellans dum illicem pertransit, frondibus inhæret, & tribus lanceis confoditur: quercus libido est, quia non alios fructus generat quam fordiosum animalium: ubi Cardinalis Hugo ait: Absalon peccator est, sensualitas mulus: Mulus transit & ipse remanet suspensus: Anima reddendæ rationis onus imponitur, quæ triplici lænea id est triplici pena punitur: pena damni, sensus, & remorsus. A. lect. 6. n. 19.

Quam detestabilis est voluptas luxuriæ, quæ multiplicem miseriam, & amaritudinem post se trahit. Prima est & consistit in foribus, nausea & morbis, præsertim lue Neapolitana, qua Deus fornicationem castigat. Secunda consistit in damnis fortunæ, quia meretrices emungunt opes. Tertia in infamia nominis. Quarta, in litigiis, rixis, & pugnis cum meretrice impudenti. Quinta in reatu peccati, ira Dei, & morte tam præterita quam æterna. C. Prov. 5. vers. 4.

De Lysimacho Rege narratur, quod sitiens propter unicum haustum aquæ regno cesserit. Unde postmodum sine lamentabatur: Me miserum, qui propter unius poculi voluptatem coronam perdidit! Hæc lamenta, luxuriosorum erunt in inferno.

344. Raro emendatur serio.

In Historiis mira narratur de hominibus aquaticis. In Hollandiæ lacu capta est mulier marina, quæ docilis apparuit ad nonnulla humana, sed loqui discere non potuit. In Frisia Vir barbatus & pilosus aliquot annos vixit, sed mutus mansit. In Norvegia ejusmodi Vir in mari captus statim in navi mortuus est, in mare autem projectus revixit. VV. art. art. disc. font. 4. Ex. 3. Mare dicitur patria Veneris; sicut ergo homines sunt aquatici, ita etiam constituti sunt luxuriosi, in duobus præsertim capitibus: Inprimis sicut homines aquatici, ut in terra bene habeantur, tamen retro tendunt ad mare: ita luxuriosi, ut in gratiam Dei revocentur, tamen semper ad spurcas voluptates retrospiciunt. Secundo, sicut illi aquatici, licet alias artes huma-

2. Reg. 18.

Martin. Martinus in Afflan. State.

Eccl. 10. in Hilo. in dicit. lib. 16. v. 6.

Ten Bon. Tamar. class. 10. Libarum. l. 6. de univers. verum.

humanas, nunquam tamen loqualem addiscunt: ita luxuriosi raro in confessionali aperte & sincere loquuntur. Quis sperabit emendationem?

In Imperii Sinici mari inveniunt piscis, nomine Blajul, cujus adepsi semel accendatur, nulla aqua vel arte amplius extinguiri potest. VV. art. disc. font. 28. Ex. 13. Sic si impurus ignis aliquando per hominis corripuit, raro perfecte extinguitur.

Non mirum est luxuriosos raro converti: quia inter omnes peccatores nullus minus capax est bene apprehendere motiva conversionis: luxuria enim ipsa comminuit cerebrum: Balthasar Bonifacius testatur, in capite cujusdam multerculosissimi hominis exiguum cerebri portunculam inventam esse. VV. art. disc. font. 44. ex. 1.

Speciali, & vix non prodigiola Dei ope opus est, ut lascivus peccator emendetur. Quidam relicta uxore in amaram secedens gravissimis tentationibus vexatur. Patres ergo occupant illum decumariis adeo laboribus, ut infirmaretur. Veniens autem ad eremum peregrinatur, & causam illius infirmitatis agnoscens suavitati illi, ut extraordinarium Dei auxilium imploraret, quod solum illi remedium profuit. E. Indiscretio n. 1.

345. Vincit debet per fugam occasionis.

Homines sancti nil magis formidabant, quam occasionem. S. Antonius cum militem demonibus suis colluctatus, & eos tanquam imbecilles derisit, uti vero mulier ad cellam se stetit, tunc cohorrui, tunc ad orationem confugit, tunc vestes in postibus duplicavit, &c. P. part. 1. disc. 15. n. 12.

S. Franciscus Salesius a femina tentatus in faciem illi expulit, & tergum obvertit. P. p. 1. disc. 23. n. 19.

B. Evagrius, quamvis in urbe Constantinopolitana Scripturarum eruditione floruerit, tamen in conversatione cum Nobili muliere in extremum pudicitie periculum incidit. Verum ecce! quondam Angelus in specie militum præfecti ad eum venit, illumque catenis ligatum in carcerem traxit: anxius Evagrius, ut nullius culpe publice conficius esset, tamen ob peccatum suum agnovit Divinam ultionem, metuebatque, ne maritus illius Matronæ eum accusasset. In carcerato auxilio terrorem, quod e vicinis custodiis strepitum & voces aliorum audire, qui pro criminalibus causis a Judice diversis supplicis torquebantur. Dum sic anxius

tormenta & sententiam metueret, reddidit ad eum Angelus figuram amici indutus, atque lamentanti ac multum oranti promisit, quod si juramentum super Evangelia se obstringere velit, quod urbe Constantinopolitana abiturus esset, eum & carcere, & tormentis liberare vellent. Sic attulit Angelus Evangelium, Evagrius juravit, & dein Hierosolymam abiit, ubi a B. Melania Senatrice Romana exceptus est. In sum necessarium fuit procal ab occasione profugere. Spec. Ex. tit. Conversio n. 3.

Rogatus per integrum triennium non aspiens feminam, rogatus a fratre causam, reposuit: Deus tantum dicit castitatem cooperantibus: quod si aspectus & occasiones non fugias, Deus non tenetur te defendere, &c. E. Oculi n. 8.

Aliis sceleribus jubermur resistere fortes in fide, vitium autem luxuriæ oportet superare fuga. S. Augustinus ait: Apprehende fugam, si vis obtinere victoriam. B. ferm. 58. n. 17.

Moyes Amalectus eminus vincit, non cominus: ita luxuriam eminus vincere oportet. S. punct. 32. f. 139. Segn. Man. 25. Jul. n. 3.

Joseph fugit Putipharis uxorem, & vincit: Samson autem vincitur, quia non fugit. S. punct. 33. f. 147.

S. VVenefida Virgo in Anglia a Cadoco Regis Alani filio in tuo cubiculo occupatur: Virgo sub prætextu minus decentis vestitus exitum imperat, sed in Ecclesia fugit. Cadocus despicit se videntem fugientem insequitur, & capite truncat. Eo loco, qui a venerando truce tactus fuit, pulcherrimus fons erupit, Virgo vero ad preces sancti Sacerdotis Benoi ad vitam fuit revocata. Sic fugienda occasiones. R. cent. 2. par. 1. mir. 16.

Neo-conversi Christiani in China pro quantum hac ex parte fortitudinem exhibuerunt. Quidam juvenis a famula domus diti, & demum etiam donis sollicitatus, domo ad Dominum desert, & ei denunciatur, se & domo abiturus, nisi contra impudicam se defenderet. Mirum illi erat in genere voluptatibus nimium dedita. Pudeant nostri Christiani, qui ex occasione pravis millies moniti non exeunt. R. cent. 3. mir. 45.

Elias persecutionem Jezabelis fugiens, & in solitudinem delatus subter unam Juniperum quiescit, & perit ante suam, ut morietur. Mira petitio! si mori cupit mi Elia, cur persecutionem fugis, si serio agis tantum ingredi urbem, irata Je-

3. Reg. 11.

nam, opes, bonaque omnia effundit & profundit. C. Gen. 49. v. 4.

Amantis jecur dicitur sagitta transfigi. 1. Quia jecur est sedes amoris. 2. Fons sanguinis & consequenter & feminis. 3. Quia dum jecur sagitta transfigitur, subinde fit, ut homo rideat & ridendo moriatur. 4. Quia jecur est Symbolum voluptatis, & felicitatis, quod transfixo illico homo concidit & moritur. &c. C. Prov. c. 7. v. 23.

Gen. 6. Tempore, quo omnis caro corruperat viam suam, Dominus Deus totum mundum diluvio obrexit, ut eum quasi ab inviso conspectu suo removeret.

Gen. 18. Urbes Sodoma & Gomorra turpissimo luxuria vitio adeo infectæ sunt, ut ne decem quidem iusti in eis inventi fuerint, & ipsi etiam Angeli ad stupra, & impietatem invitati sint. Ideo Deus urbes cum tota regione terribili incendio vastavit.

Isobeth filius Saul corripuit Abner, eo quod ausus fuisset ingredi ad concubinam Patris sui. Id ægerime ferens Abner, procuravit illi aulæ regnum, & paulo post uterque amisit vitam, & patriam.

Ammon & Absalon filii Davidis detestabili flagitio se contaminarunt. Primus cum sore sua Tamar, alter cum concubina Patris suis, & uterque paulo post infelici morte extincti sunt. Sic Dei vindicta cito subsequitur hoc scelus.

Prima plaga Ægypti fuit in flumine Nilo, dum omnis aqua in sanguinem conversa est: cur? quia Ægyptii Nilum pro Deo suo habuerunt: O juvenis, nunc caducam formam pro Dea habes: at hæc tibi materia pœnæ erit. M. conc. 8. aff. 2. n. 1.

Absalon dum in comis delictatur, in comis perit: a decem armigeris occiditur, quia ad decem concubinas patris ingressus est. M. conc. 8. aff. 2. n. 10.

Phaon, Livia, Valentinianus Imperator, Bias, alique ob turpitudinem morte violenta pereunt. C. Num. 25. v. 6.

Carolus I. Rex Navarra luxuriosissimus lepram contrahit, a qua cum lineis vino adusto tinctis sanari vellet, subito lineæ, quibus medicus candelam incante admovebat, flammam conceperunt, & Regem misere concremarunt. D. 11. 32.

Propter scelus luxuria mundus punitus est diluvio, Sodoma & Gomorra exusta, urbs Sichem devastata, David graviter punitus, Mariti Saræ ab Amodio strangulati, Judices Susannæ lapidati, Salomoni omni honore privatus, populus Israel multis plagis confectus, Ruben a patre

maledictus, Onan ob mollicitem repentina nece extinctus, alii aliis penis obruti sunt. Saneh. 5. part. c. 8. fol. 573.

Valentinus Patricius Britæ, homo luxuriosus in templo S. Paulini post mortem sepultus est. Monitus fuit Episcopus, ut indignum cadaver exhumeret, quod cum ille facere negligeret, trigesimo die mortuus est. Dæmones autem cadaver Valentini, laqueis ad pedes alligatis, extra Ecclesiam traxerunt, & in loco profano sepelierunt. E. Luxuria n. 2.

Pistor artificiosissimus fuit impurus, postquam tota die cum scorto impudenter conversatus est, vesperi in morbum & mortem incidit. &c. J. 76.

Eudoxia ex infami femina fit penitens, Philostratus ejus amator vult eam fide schemate Monachi pervertere, sed repentina morte moritur. R. p. I. Mir. 10.

351. Excluditur e celo.

Deus columbas exclusit ab holocausto, non vero pullos columbanum: quia columbæ sunt luxuriosæ: Quia libidinosa avis est, ait Bernardus. B. serm. 51. 8. 5.

Perversissimus mundus hodie peccata immunditæ vocat jocum. Verum peccata dicitur responderi illud S. Chrylogi; Qui jocari voluerit cum diabolo, non poterit gaudere cum Christo.

Dominus Deus leporem inter immunda animalia reputavit, quibus vesci non licebat Judæis, nec ad altare offerri poterant. Quare? quia lepus est animal valde luxuriosum, unde tot fœtus simul concipit & parit, imo juxta aliquos utrumque sexum habet. C. Lev. 11. v. 6.

Salomon per mulieres adeo depravatus est, ut simulacra gentium adoravit, & magnum hodie dum dubium sit, etiam si Deo templum ædificavit, & multa bona præstitit, an non æternum perierit.

Turpissimum hoc scelus præ cæteris exiguum aut nullam spem salutis habet, quia raro solum est, sed plura scelera post se trahit. Davidis adulterium, post se traxit Uriæ homicidium, luxuria duorum senum calumniosam accusationem innocentis Susannæ, impudicitia Herodiadis occasionem S. Joannis Baptistæ. Et sic hoc scelus raro solum est, ut non causet inimicitias, detractiones, temeraria iudicia, scandala, lites, insidias, cædes, & alia enormia crimina. Per alia delicta diabolus piscatur hamo, per luxuriam, reti & sagena.

Inter convivas ad cœnam invitatos, ille,

Luc. 14. ille, qui uxorem duxit, impossibilitatem obtendit: Non possum venire! ex quo patet, quam procul luxuriosi absint a Cœna Domini, &c.

352. Perducit tandem ad desperationem.

Juvenis infano amore pulcherrime Monialis capus adit Magum rogans, ut vis incantationibus Monialem ad reciprocum amorem accenderet. Magus evocatum ex orco dæmonem ad cellam Monialis misit, sed iste ob imaginem S. Hieronymi cubiculum intrare non potuit. Misit Magus alterum dæmonem, & iste a S. Hieronymo catenis confictus cum miserum in modum clamaret, convocatis monialibus delusus & egregie percussus est. Dimissus igitur involavit in Magum, & eum fere ad mortem verberibus contudit; perisset ille, nisi voto melioris vitæ fuisset a S. Hieronymo liberatus. Juvenis autem amans & amens cum se oleum & operam perdere vidit, desperans, laqueo se suspendit. E. Imago n. 1.

Juvenis lascivus, cui Confessarius negationem absolutionis munitatur, respondit, Bene facis Pater; lateo enim si aperta infernum ex hæc parte, & ex altera personam familiarem cererem, peccarem cum illa, etsi scirem, eo momento me a demonibus rapendum. E. Sodomia n. 9.

Mulier nobilis & forma præstanti juvenute ex morbo in periculum vitæ adducta, Deum enixe rogabat, ut sibi vitam prorogaret. Cum vero deficientibus viribus se morituram sensit, latrare contra Deum cepit, & dicere: quandoquidem tam immatrem mihi vitam eripis, ego quoque meam tibi animam eripio, ac dæmoni una cum corpore trado: præsto adfuit dæmon & eam abripuit. J. 141.

Dæmones a Christo Domino ex energumenis expulsi petierunt licentiam invadendi gregem porcorum. Cur ita? ut incola regionis illius ex iactura porcorum in mari submerforum odium conciperent contra Christum, quod & factum est: nam accedentes Gerasini ad Dei Filium rogaverunt eum, ut a sua vicinia recederet. Ita faciunt luxuriosi, malunt perdere Christum, quam porcinas suas voluptates. D. 5. 24. P. part. 2. dif. 1. n. 8.

353. Permittitur in pœnam superbie.

Monachus de suis meritis nimium confusus & arrogans a dæmone, mulieris speciem induit, & fero vespere ad cellam

Monachi veniente adeo decipitur, ut jam ille post delectationes internas in illius amplexum involare voluerit. Tum autem disparuit dæmon & cum ludificans clamavit, o Monache, qui te usque ad cælum extollebas, quomodo demeris es usque ad infernum? Ille autem penitentiam non egit, sed in peccatis forsebere perierit. E. Luxuria n. 6.

Monachus ex energumeno dæmonem ejectionem juvenem castissimum secum in auxilium sumpsit. Cum ergo dæmonem precaretur, cur non exiret cum juvenis iste præcipere, respexit dæmon: Non illum timeo, quia superbus est, &c. E. Superbia n. 3.

Deus præcepit, ut altare non ædificetur cum gradibus: ubi Rupertus, in altari cordis tui non facies gradus, id est, non extollaris de tuis profectibus; quia superbiæ mentis comitatur contumelia carnis. C. Exod. 10. in fine.

Verum quidem est, quod libido nutritur commoditate vitæ, defectu mortificationis, libertate sensuum præsertim oculorum, esu & potu, vino & ebrietate, conversatione incauta cum altero sexu, alitque periculis, sed ubi superbia accesserit, qua homo suis meritis aut propria virtuti continentiam suam adscribit, proximus est lapsus, ut discat humiliari, & in seipso confundi.

Multi in hoc vitio infirmi, postquam aliquo tempore adhibitis remediis continentem vixerunt, jam invincibiles se putant, & ad pristinam occasionem reverti audent. Monet conscientia de periculo? Illi autem elicto prius firmissimum proposito audacter pergunt. Ecce, hæc ipsa audacia, & superba præsumptio meretur a Deo derelinqui. Cadunt iterum miseris, & semper infirmiores toties cadunt, donec non amplius resurgant.

354. Ad insaniam stultescit.

Adulter audita adulteræ morte seipsum voluit occidere, sed impeditus a familiaribus, cum gemino amantæ suæ egypto in solitudinem abiit, continuo lacrymans, & cum amantæ colloquens, donec vi doloris exhaustus, Veneris & demonis martyr obiit. T. n. 365.

Puella amantis cineres in eleydra adhibuit, dice noctuque ad eam lacrymans. T. n. 367.

Bruta est libido, quæ præ aliis vitii homini, etiam sapientiori & mentem eripit; idcirco Diogenes scorta vocavit

regum reginas; quia Reges dementant, populus enim a Rege non semper impetrat quod petit, impetrat autem scortum, cui nihil negatur. Salomon sua experientia doctus edixit: *Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes*. Egroti ex febre nonnumquam delirant: *Febris autem*, ait S. Ambrosius, *libido est*, quae infatuat, imo eripit cor, ut libidinosus fiat epileptici afluare & furere incipiat. Theotimo, oculorum aegritudine laboranti foamum est a Medico, ut a mulieribus abtineret: non acquievit ille consilio, & oculos amisit. C. in Osee 4. v. 11.

357. *Ephraim quasi columba seducta non habens cor*. Columba est vecors & stupida volucris, 1. etiam si centies pullos furto perdat, tamen ad pristinum nidum revertitur, quod non faciunt aliae volucres. 2. Reliquae aves fugiunt retia & aucupem; columba propter escam, praesertim tempore nivis, sponte in rete incurrit. &c. C. Osee 7. v. 11.

Cervus pro stultitiae symbolo habetur; quia dum hominem venantem cernit, illius sagittas, & acum miratur. Sic homo impulsus stultescit, dum femine speciem, quae arcus est & sagitta, quibus transigitur, miratur! C. Prov. 7. v. 23.

355. *Semper recrudescit, nisi omnia interitum extirpentur*.

Juditha conopium Holofernis in anathema oblivionis obtulit, quia erat ab amante: cur tu reservas annulum, epistulam, manuscula?

Cum populus Israel in captivitate Babylonica propter organa & cantus derideretur, suspenderunt organa, quia imo Levitae praeciderunt sibi pollices, ne amplius uti possint his instrumentis: sic fugiendae, ac impossibilitandae sunt occasiones. S. punct. 33. fol. 143.

Luxuria semel incepta, nisi statim abrumptur in abyssum scelerum ducit. 357. *Propheta de peccatoribus dicit: Ad nihilum devenient oculus aqua decurrens*. Quid fit cum aqua decurrente & intuitim rivum praeterfluentem hujate, primo fuit in Vindam, ex Vinda venit in Lycum, ex Lyco in Danubium, ex Danubio in Savum, & tandem in Mari mergitur. Sic peccatum luxuriae semper crescit: tandem in mari inferni demergitur. &c.

Homo in juventute lascivus successu temporis resipuit. In senectute autem cum ex uno oculi ictu cum vidua familiaritatem salutandam & resalutandam contraxit,

in pristina peccata, non sine ingenti animi afflictione relapsus est. I. 54.

Deus precepit populo, ut sibi altare edificarent non ex fectis, sed tribus lapideis. Quare? Nimirum si populus lavigare debuisse lapides, indignis autem hoc ferris, scalpris, cultiris &c. quibus instrumentis facile etiam uti possunt ad simulacra scindenda. Uti igitur Deus periculum omne praereteret idololatricae, maluit crudum quam politum altare. C. 2. v. 25.

356. *Excacat, & disponit ad Atheismum, Apostasiam*.

Abimelech excusavit se erga Abrahamum, quod Saram rapuerit ignarus, conquireturque de fictione: cui Abraham: *Cogitavi, forsitan non est cultus Dei in loco isto*. Credere id poterat, quia cultus Dei non est, ubi est luxuria. S. punct. 116. f. 356.

Dixit insipiens in corde suo non est Deus: Talis insipiens est luxuriosus. &c. S. punct. 9. fol. 574.

Vinum & mulieres, apostatate faciunt sapientes. Nicolaus ille Diaconus primo bonus, deinde ita insanit, ut deceret carnis voluptatem esse ad salutem necessariam. Salomon propter voluptatem mulierum idola colit. Meretrix Babylonica habebat poculum aureum, id est ait Hugo, scientiam Scripturarum, quam perverte ad suam voluptatem exponit. S. punct. 9. fol. 573. P. Hom. Chr. p. 1. disc. 2. n. 14.

Haereticus suas Sectas ut plurimum propagant per mulieres, uti Simon Magus, Nicolaus Antiochenus, Marcion, Montanus, alique &c. S. punct. 9. fol. 574.

Religiosus gravissimi criminis accusatus & Monasterio dimissus, dein in saeculo sacerdotio initiatus, cum Legato Gallico Byzantium venit, ibi cum puella & gynecoco turpissime conversatus, ut poenam ineratam fugeret, ad Iuriscium transiit, sed ibi paulo post per sicarios trucidatus perit. T. n. 176.

Radix omnium malorum est cupiditas (Iuxta voluptatis) *quam quidam appetentes erraverunt a fide*. Vide quomodo luxuria non tantum voluntatem, sed etiam intellectum depravat: multi sunt qui metu tormentorum fidem negant: malum hoc non fuit intellectus, sed voluntatis, quam nempe metus tormentorum debilitavit, uti factum est in S. Petro. Cupiditas plus facit, quia etiam excacat intellectum. Ratio est, quia fides Christiana nimium quantum advectatur

1. Tim. 2.

VOXIS

vois impiorum, & ideo cum ferre non possunt acerbos conscientiae remorsus, sensim falso sibi persuadent, non esse adeo certa, quae de rebus alterius vitae sparguntur. Dicunt: *Non est qui agnitus sit reversus ad inferis*. Segn. Manna 30. Mart. n. 2. Et 6. Sept. n. 3.

357. *Unde plerumque initium trahat*.

Primo: Luxuria trahit initium a levi familiaritate: ideo Christus discipulis prohibuit; neminem salutaverit, quia ab ejusmodi salutationibus saepe noxia familiaritas contrahitur. B. Sermon. 28. n. 14. M. conc. 5. ass. 2. n. 2.

Secundo: a curiosa evagatione: Dina Jacobi filia a Principe Sichem opprimitur: Bernardus ait: *Quid necesse est, ut videas mulieres alienigenas? est tu otiose videt, non otiose videtis*. B. Sermon. 28. n. 16. Sermon. 36. n. 21.

Tertio: a familiaritate primitum laudabili: Putipharis uxor, teste Linconienfi, primo ad se vocavit Josephum sub praetextu Religionis: *Ut sub pietatis specie se frequentior esset familiaris accessus*: Tu dicis, quod propter emolumentum spirituale hanc personam frequentes cave! later anguis in herba. B. Sermon. 58. n. 41. Sermon. 79. n. 11. seq.

Quarto: a prosperitate, & affluxu rerum mundanarum. B. Sermon. 65. n. 19.

Davidis peccatum ab uno aspectu initium trahit: unde etiam, quae primitum levit videntur, vitanda sunt. Lapis a fulmine excussus durissimus est: undecantatur durities: initio levis vapor fuit. Ita quaedam levitas, invitato, visitatio initium esse potest, ut talis anima in lapidem induretur, quo diabolus alias animas sternit: fit publicum scandalum, dedecus familiae, & domus ruina: omnes idus ad illam emolliendam abanimarum curatorem adhiberi, magis eam indurant, sicut incidem mallei. Igitur S. Job cum oculis suis sedus pepigit, quia etsi aspectus nequum grave quid sit, tamen cogitationes, concupiscentias & consensus post se trahit. Aspidis ovum nocivum non esset si semper maneret ovum, sed si parvo calore foveatur, fit aspis: ita modica familiaritas damnabilis nondum est, sed pedetentim perducit ad damnabilia peccata. P. p. 2. disc. 19. n. 4. J. 54. Oculi mulieris sunt quasi rete capiens apicentes. C. Prov. 6. v. 25.

Periculose sunt illecebrae mulierum seu meretricum: Primus est ornatu, & ha-

D. Claus. Spicil. uterq. Pars II.

bitus impudens; nam usu gentium meretrices incedunt habitu ab honestis matronis diverso, ornant se super opes, & statum. 2. Preparata est ad animas capiendas, quia mille excogitat artes, & fucos, quibus incautos seducat. 3. Est garrula, vaga, superba; agitur enim astu cupiditatis. &c. C. Prov. 7. v. 10.

Meretrix est fossa, in quam amasii praecipites trahuntur. 2. Est mors, quia amatorum animas interfecit, qui nunquam digladiando sese invicem occidunt. 3. Est sepulchrum dealbatum, quia exterius compta, interius fordida est. &c. C. Prov. 23. v. 27.

358. *Relinquit pessimas affectus in anima. Praesertim trahit ad plura peccata*.

Luxuria causat excitatorem intellectus, inconsiderantiam, inconstantiam, praecipitantiam, amorem proprium, contemptum Dei, inordinatum amorem vitae, terrorem meretricum. His ita se habentibus quis non videt difficillimam esse emendationem illius, qui aliquando incepit rursus hoc peccato se inquirare. B. Sermon. 58. n. 2.

Veteres magnis sumptibus aedificaverunt labyrinthos, uti in Aegypto, in Insula Candia, in Insula Lemnos, & alibi, in hos quisquis ausus est ingredi non amplius inveniebat reditum, sed tandiu circuibat, donec in praedam cederet Minotaurorum. Parem in modum qui aliquando ingredi audent viam immunditiae, raro regreditur, sed pergit, donec pereat. D. 5. 30.

Telas araneae texerunt: sicut enim araneae statim intricat muscam, ita diabolus luxuriosum captivat post primum statim peccatum. Quid fit? id quod Raulinus ait: *Unde multi ita involvuntur, quod nunquam possunt se inde retrahere*.

Innocentius quidem, cum ejus filius in peccatum luxuriae lapsus est, rogavit Deum, ut a malo damone obliedetur, ne porro in talia peccata incidere, quod & factum est. Sanchez 6. par. c. 2. fol. 650.

Multi tunc, qui putant tantum unica vice se velle gustare voluptatem obscenam: Verum mi bone haec unica gustatio tantum veneni relinquit, ut jam caro aperte rebellet: non satiatur libido, sed irritatur. Intusre leonem cicuratum, si semel irritatur, proh quanti molinimis est iterum compefcere: expedit ergo nunquam irritare. Multi putantur se uno vel altero peccato velle esse contentos, sed in mille alia abrepti experti sunt, se non esse

Realit.
In. Ser.
11. de
Matrim.

dominos, sed mancipia peccati. Homines illi, qui aliquando crus, aut brachium frugerant, per omnem vitam praefertim turbida rempessate sentiunt dolorem: ita qui semel luxuria lapsus est, semper erit imbecillis, praefertim oriente turbine tentacionis. &c.

359. Male dicitur amor, quia amor non est.

Ammon aegrotabat propter amorem fororis Thamar: postea eam odio habuit magno nimis: ita ordinarie fit, ut quo se prius ardentius diligere videbantur, eo se postmodum vehementiori odio prosequerentur. Ait Hugo Cardinalis. B. Serm. 58. n. 21. 22.

Figura Bethsabee amata erat ovicula rapta, & aslata: sic multa mulieres in inferno astantur propter suos amatores: an hic amor est? B. Serm. 58. n. 23.

Putiphar prius amare visa Josephum, deinde eum accusavit: O quoties iste amor in accusationem definit. B. Serm. 58. n. 24.

Amatores sibi mutuo jurant fidem: sed quomodo fidem speras a muliere, quae infida est Deo? Rahab exploratoris fidem spondet, deinde prodit. B. lb. n. 25. S. punct. 106. fol. 376. in fine. M. conc. 8. aff. 2. n. 6.

Domini Deus mulierem impudicam punire volens tradidit eam in manus asiorum, qui discooperuerunt ignominium ejus, & occiderunt gladio: sic denique amor peccatorum in atrocem inimicitiam migrat: ait Philo: Tradidit Deus hanc in manus asiorum: horum enim omnium perniciosissima est amicitia: hi enim letaliter voluplatis capti sibi non crudelissimi sunt inimici, omnisque talis amor, & amicitia, in sempiternas vertetur inimicitias, odiumque pessimum. Et quid mirum? stabilis non potest esse amicitia, quae obvoluptatis, & carnis amorem orta est. M. conc. 35. aff. 1. n. 12. 13. &c.

Luxuriosi sibi jurant mutuum fidelitatem, & putant se serio amari, verum fallacia est. Constantinus Chlorus promissit munera militibus, qui idolis essent sacrificaturi: inter hos cum aliqui milites Christiani ad cultum Deorum accederent, eos ab exercitu relegavit, inquit, fieri non posse, ut fidem serjaret Imperatori, qui eam fregisset Deo.

Theodorici Arianus Rex ex eadem causa gladio confodit Christianum, qui in gratiam regis ad haeresim Arianam transit. D. 12. 40.

360. Devitari debet ex merito passionis Christi.

Christus Dominus per totam noctem acerbissima patitur, cur? ut luat peccata hominum, quae nocte fiunt. S. punct. 14. fol. 590.

Christo passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.

Si Christus ad vincendam carnem, non suam, sed tuam, tantis se armavit suppliciis, quanto magis ad eam vincendam te armari oportet, quia ipsa quotidie tanta accipis damna? Haec cogitatio passionis Dominicae serviat tibi pro armatura tam defensiva quam offensiva: defensiva, qua insultum tentacionum repellis: offensiva, qua carnem modestam, & spiritui obedientem reddis. Et certe si Dei Filium nil passus esset aliud, nisi v.g. amarum fellis potionem gustando, oporteret te in continua amaritudine vivere, & respuere delicias, quid nunc factu opus est post tantum passionis mare? sicut Tobias duorum filii sui voluit quidem dimidium facultatum rependere, sed cum Angelum fuisse cognovit, subito quasi exanimis credidit, aliud se agere non posse, quam ad ejus pedes expirare: ita te quoque commoveri oportet in eo contemplando, quod Christus passus est: at cum cogitas non fuisse hominem ordinarium, sed Dei Filium, te oportet promptum esse ad dandum pro eo ultimum spiritum. Etenim hominum delicias frueris, & quidem illicitis? Segn. Manna 13. Jul.

Sicut Christus Dominus propter avaritiam venditus, propter superbiam peccatorum vitulis coronatus, propter ingulviam gulosorum felle & aceto potatus; ita propter luxuriam ignominiosissime denudatus, & crudelissime flagellatus est. Illud etiam notatu dignum, quod die Veneris mortuus sit: O miseranda dies, qua propter peccata Veneris Dei Filius vitam & sanguinem fudit! &c.

361. Est causa discordiarum & bellorum.

In Belgio haud procul ab urbe Leodiensi in sublimi rupe Falco sibi nidum paraverat. Hunc multitudo corvorum loco deturbavit, ovis extractis, & turbatis. Poltridae falcones & corvi quasi ex toto orbe ad pugnam vocati, hi septentrionem, illi Meridionalem plagam occupantes ordinatis aciebus atrocissimum in aere praelium commiserunt, in quo cum

Aeneas 270. c.

eum modo corvi, modo falcones succumberent, totus subjectus ager pennis & cadaveribus repletus est. Demum victoria penes falcones stetit, qui illatam injuriam asperime vindicantes corvos omnes interfectione deleverunt. VV. art. disc. font. 29. Ex. 6. Sic fit inter luxuriosos, saepe nigricantes corvi, & impuri noctis falcones bella incendunt multarum animarum interitu horrida, & innumerabilium peccatorum feracia, prout habetur ab experientia.

Troja propter raptum Helenae evertitur: Ammon ob incestum eam fore ore occiditur: tribus Benjamin ob corruptam uxorem Levitae frage afficitur: Sichimitae ob stuprum Dinze trucidantur, &c. C. Gen. 34. v. 25.

Gen. 34. Cum Dina Jacobi filia ex curiositate videndi gentem alienigenam in urbem Sichem accendit, Princeps urbis illam turpissimo crimine corruptit: & Ecce filii Jacob iniuriam suae fororis ulteri, armata manu involarunt in urbem, omnemque civis & incolas sanguinolenta caede ad interfectionem deleverunt. B. serm. 36. num. 21.

Jud. 19. Propter uxorem Levitae a Viris Belial in Gaba Benjamin libidinose inhonoratam, occisa sunt plus quam sexaginta quingue hominum millia.

362. Est turpissimum scelus.

Cantip. 2. c. 67. n. 32.

Ipsi daemones erubescunt luxuriam propter naturae suae nobilitatem. Lucifer tentat Christum gula, ad vilitatem enim luxuriae noluit se demittere: sicut princeps latronum inter suos auctoritatem quamdam observat, & non propriis manibus spoliatur: ita Lucifer alios daemones subornat ad tentaciones luxuriae, & hi non sine horrore ac nausea manus suam exequantur. Aliquis daemones, dum femina turpiter se pollueret, exclamavit: psui! psui! Dicis: quomodo ergo daemones tentant ad luxuriam, si eam horrent? Respondeo: sicut venatores panthera humanum stercus, quod maxime affectat, in arbore suspendunt, ita utilia ex salibus fatigetur & percat: ita daemones luxuriam proponunt homini, quamvis ipsimet hoc scelus non approbent. P. n. r. disc. 33. n. 14.

Deus & Sancti maxime ab illo abhorrent. Cum in festo S. Francisci de Paula dens illius populo excolandus daretur, accedente impura muliere dens non sine sonitu raptus dilsiit. J. 69. Ipsi gentiles detestati sunt luxuriam,

quia homini etiam sapienti cor, & mentem eripit. Quocirca Diogenes dicebat: Scorta esse regum reginas, quod reges demerant, & ab illis, quiquidam pererant, impetrarent, adeoque in reges quasi dominium, imo tyrannidem exercebant. Demetrius Phalarus videns juvenem luxurioso aiebat: Er, quadratum statum habentem Syria, ventrem, & barbaram! &c. Haec gentiles, quid dicant Christiani, quibus major a Christo puritas indicitur, quibusque magis nota est libidinis turpitudine & Dei vindicta? C. Osee. 4. v. 17.

Tam turpe est peccatum luxuria, ut ipsi luxuriosi illud detestentur: Sic Judaei de Tamar: Producite eam, ut comburatur.

363. Non habet excusationem.

Quid dicis: Non possum? nonne castre vivere potuerunt Iosephus Aegyptius, Susanna, Juditha, Lucia, Calixtus, Leo, qui manum sibi amputavit tactam a femina: Ursinus, qui in articulo mortis iussit abesse suam uxorem, aens stramen ab igne amovendum. Franciscus, Bernardus, Thomas Aquinas, Thecla, Catharina, Margaritha, Barbara, Columba, Marciana, Irene, Flavia Seraphia, Ursula &c. Delicatis potuerunt, pauperes non possunt! ait Sicutus in Vita sancti Ursi. B. serm. 45. §. 5. per totum.

Marius adulter ad nundinas proficiens ab uxore iustus est Sapientiam emere, qua a concubinis abstraheretur. In urbe ergo, ubi celebrabantur nuptiae indagans in Sapientiam, ab hospite sic instructus est: cum domum redieris, occide gallum gallinaeum, & sanguine illius totam faciem conspice, sique in obsoleta tunica vade ad primam amalam lamentans, quod vulneratus, & omnibus expoliatus sis, deinde vade etiam ad alteram, & denique ad propriam uxorem. Ivis, & ab utraque concubina cum ignominia rejectus est: veniens autem ad uxorem, omnem commiserationem expertus & receptus est. Sic sapere iudicis, & reputatis concubinis uxori adhaeret. E. Verbo adaltrium Ex. 9. O quoties hic aut ille dicit: Non possum! cum autem persona complex agritudine, aut calamitate complex stultitia, quod antea propter Deum se non posse putabat.

Carolus Calabrie Dux Nobilem, qui puellam vitiaverat, ad solvendum puellae

centum florenos condemnat, clam tamen nobilem subornat, ut puellam discedentem invaderet, ceu pecuniam ablaturus. Quod dum facit, illa vociferans recurrit ad iudicem. Is puellam increpat: si ita obstitisset pudicitiam auferenti; Virgo mansisset! & pecuniam iustic nobili reddi. T. n. 403.

364. Inscit fere omnes status.

Sanctus Philippus Nerius odore discernat incastus: si nos omnes odoraremus, brevi mercatores tabaccarii omnes discederent. Stabulum Augiæ, quod purgavit Hercules, magnum fetorem habuit, sed immundior est mundus, quia mera ara Veneris: *Omnia caro corrumpit viam suam*. Omnes status peccato luxurie infecti sunt. B. ferm. 59. n. 25.

Matrimonium institutum est in remedium luxurie, sed nunc conjugati fere sunt impudiciores soluti. Olim apud Thracas nova nupta subtilissimo ferro candente per quemdam characterem in fronte notabatur. VV. art. disc. font. 34. Ex. 3. Nunc non minus ejusmodi characteris opus esset, ut sciretur hanc, & illam non esse generis communis. &c.

Tempore persecutionis VVandalicæ Ariarius Rex Episcopis, qui veritatem contra hæresim defendebant, linguas radicibus excindi præcepit: & tamen famuli Dei sine lingua inaudito profus miraculo loquebantur. Cum autem unus ex iis (quis credat?) in luxurie peccatum incidisset, hanc mirabilem loquendi gratiam perdidit. E. Lingua. n. 2.

Adamas nobilissimus unionum nec ferro, nec igni cedit, & tamen dicitur per sanguinem hirci dissolvi & destrui posse. Ita multi, qui diu sunt adamantes, fulgent & eminent, tandem hircinis fortoribus dissolvuntur.

S. Cypri-
de Aug.
Hier.

Præcipue hæreticis & hæresiarum familiaritate est scelus. Audi S. Cyprianum: *Instant proflus, ardent desiderio feminarum, & obscenitatibus binientes malunt mori, quam a lateribus mulierum divelli*. Talis fuit Lutherus, inquam: *Femine sociari tam est necessarium, quam edere & bibere*. Ec Zvinglius, factus, se totum in eo fuisse, ut carnis furori satisfaceret. Sic & alii hæretici. Vv. gaudus apud Surtium ait: Tunc scortationes, & ebrietates multo magis quam unquam in Germania invaluisse, ita ut luxuria jam omnes verecundia fines peruperit, & excesserit. C. 2. Pect. 2. v.

14. Philosophi antiqui turpissimi. C. ad Rom. c. 1. v. 26.

Adulterium.

365. Malum grande quanta mala post se trahet.

IN Veteri lege adulter debebat a tota communitate lapidari, quia adulterium in damnum totius communitatis vergit, & Republicæ. ait Villæregius. B. ferm. 46. n. 17. C. Levit. 20. v. 10.

Propter adulterium Paridis & Helenæ Troja & regnum Trojanum interit: ob Tarquinii adulterium cum Lucretia Reges a Romanis in æternum egressi sunt. David cum Bethsaba peccans gravissime punitus est. &c. C. in Gen. c. 26. v. 11.

Sæpe est causa cædium & parricidiorum. Euridice Macedonum Regina, Philippi Mater, ut adultero regnum traderet, Alexandrum & Perdicaam veneno sustulit, idemque Viro fecisset, nisi filio scelus prodidisset. &c. C. Num. 5. v. 28.

Quintuplicem injuriam irrogat adulterium, seu adulter. 1. Deo cujus auctoritatem violat, dum ejus fidem & obedientiam promissam non præstat. 2. Conjugi, cui fidelitatem in contractu Matrimonii stipulatam violat. 3. Matrimonio, cujus jura & sanctitatem lædit. 4. Filiis legitimis, quorum hereditas ad nothos, seu adulteros suos ex toto, seu ex parte transit. 5. Corpori & animæ, quæ cum deberet esse templum Spiritus Sancti, adulterio profanatur. C. Eccli. 23. v. 33.

Quintuplicem etiam penam post se trahit. 1. Quod adultera in Ecclesiæ sine cetum populi fuerit adducta tanquam rea lapidationis. 2. Quod in filiis etiam fuerit infelix, qui tanquam spurci ad hereditatem non admittebantur. 3. Quod eorum profapia non propaganda, sed eradicanda sit. 4. Quod steriles & illiberae morientur. 5. Quod memoria eorum erit in maledictione. &c. C. Eccli. 23. v. 36.

Adultera 1. fallit fidem conjugalem. 2. Violat Matrimonium. 3. Violat Sacramentum. 4. Facit injuriam proli. 5. Facit injuriam populo seu Republicæ. C. Prov. 2. v. 18.

366. Punitur gravissime a Deo.

In Veteri testamento puniebatur lapidatione, & quidem facta ab omni populo, quia omnibus nocuit. C. Levit. 20. v. 10.

Debebat probari per aquas maledictionis,

nis, quæ, si mulier erat rea, uterum ejus dirumpabant. C. Num. 25. v. 5.

Apud omnes gentes etiam barbaras fere plebitur adulterium. Egyptii adulteræ virgines cædebant ad mille plagas, mulieri nasum abscindebant, ad æternam ignominiam. Apud Arabes, Parthos, & aliasque nationes adulteris pena capitis fuit. Cumani adulteram asino circumvehabant, ut tota vita esset infamis. Saxonones cogebant adulteram, ut se suspensum necaret. Turcæ adulterum publice fustigant ad centum ictus. Brasili adulteras in servas vendunt, &c. C. Gen. c. 38. v. 23.

Pharao punitur propter raptum Saræ, cum tamen nescierit esse uxorem Abraham: quanto magis punitur sciens, &c. C. Gen. 12. v. 17.

Virgo Vestalis cum fuit impudicitia convicta, velatis oculis rapiebatur ad fossam, sacerdos avertit faciem dicebat super eam aliquas maledictiones, tum impudica præcipitabatur in fossam ac viva tumulabatur, urbs autem integra ea die lugebat. D. 4. 50. in fine.

Ipsa etiam bruta videntur damnare adulterium. Memorabile est, quod Ciconia facta conventu damnarint, & rostris confoderint unam aliquam, quæ cum altero mare, nisi suo rem habuit. D. 5. 32. S. Ambr. ait: Piscium nullus alteri miscetur: thymallus thymallo, lupus lupo, scorpæna scorpæne castitatem generi suo servat. Ex avibus palumbes, & columba ab omni stupro abstinet. Elephantes etiam adulterum occidunt. C. Eccli. 23. v. 30.

Vir quidam ab adulterio domum rediens, facie in formam diaboli mutata, ab uxore & liberis, imo a brutis exhorretur, tandem poenitens pristinam formam recuperavit. E. Verb. Adulterium. n. 5.

367. Est causa cædium & parricidiorum.

David Uriam occidit propter adulterium cum Bethsaba. C. Num. 5. v. 28.

Phaon, Livia, Valentinianus Imperator, Bias, & alii ob hoc scelus occiduntur. C. Gen. fol. 884. col. 1.

Erat Roma honestus civis Maximus nomine, cui uxor fuit admodum venusta: hujus forma accessus Imperatoris nulum Maximo aliquando detrachum ipsius uxori nomine Maximi misit, cum mandato, ut ad Cæsaris Gynæceum properaret: venit illa, & vim a Cæsare passa est. Maximus injuriam ulturus Valenti-

nianum Imperatorem interfecit. Eodem modo Beglerbegus supremus Afiz sub Turca præfectus a Cæsario, cujus filiam desolaverat, necatus est. Conviv. Apparat. fol. 185.

Corvi Falconem e suo nidio expellant; ea res terribile bellum inter corvos & falcones excitavit, facta est ingens caedes inter has volucres. O quoties propter unum nidum diaboli oriuntur inimicitia, rixæ & caedes. D. 12. 55.

Mulier a marito adulterio offensa, si caros suos certis signis a marito dari solitis in domum adulteræ mittit, a quibus illa nil tale metuens, & ostium domus aperiens capite truncata, & abscisum caput ad mulierem offensam deportatum est. Illa ad maritum in lecto ex ægritudine jacentem accedens exprobravit illi impudicitiam, & caput adulteræ in faciem ejus projecit, ac fugit. J. 94.

Cogitationes impuræ.

368. Quomodo compleantur consensu.

TRia sunt, ait Aug. quibus completur peccatum: suggestionem, delectationem, & consensum: figura habetur in peccato protoparentum: serpens suggestor est diabolus: caro sensibilibus delectans est Eva: Spiritus consentiens est Adamus. B. ferm. 22. §. 4.

Ad Judæam Dominus per Jeremiam dicit: quousque morabuntur in te cogitationes noxiæ: neque enim reprehendi poterunt, sed cor morantur, ait S. Greg. Flores Doct. V. Tentatio. n. 13.

Quidam Monachus conquestus est se infestari cogitationibus: senex dixit illi: exi in campum & inhibe ventos. Dicente juvene, id sibi non esse possibile, subintulit: sicut ventos inhibere non vales, ita nec cogitationes: verum si cogitationibus libere aditum permissas, iterum peccas. Qui gladium huius jacentem non attollit, nunquam vulnerabitur: ita qui suggestiones diaboli non curat, non inquinabitur. Sanch. 5. part. c. 6. fol. 515. in fine.

Constat ex Historiis, quantum imaginatio Matrum prolihus nocet. Quicquam partu figura fragi, alteri, & quidem puellæ facies jubati leonis impressa est. W. art. disc. font. 87. ex. 2. Parem in molu ex cogitationibus malis animam monstrifera fieri potest, si conceptus foveatur.

Deus præcepit Regi Saul, ut Amalec-

licitas extirparet, etiam pueros & infantem, &c. Sunt aliqui, qui opera quidem impura fugiunt, cogitationes autem, turpiloquia, & pericula non curant. Quid fiet? Regnum perdetur, sicut Saul. S. punct. 22. fol. 139.

Peccata cogitationis, si foveantur, & non confessim expellantur, peccatum sunt, & graviora peccata post se trahunt. B. ferm. 42. n. 9. S. punct. 11. per totum, & punct. 158.

Abominatio Domini cogitationes male.
Tales sunt: 1. Machinationes male contra proximum. 2. Simulationes, doli & fraudes. 3. Precipue cogitationes obscenae & luxuriosae; quia summe contrariantur puritati & sanctitati Dei, & facile illi cunctis, trahuntque voluntatem ad consensum, idque ob concupiscentiam innatam, quae in rebus veneris est vehementissima. Sicut ergo qui tangit picem, inquinatur ab ea, & qui laedatur cum fordibus & hercore ab eo fordatur: ita qui disputat, & laedatur cum cogitationibus impudicis, ab iis inquinatur. C. Prov. 15. v. 26.

Familiaritas utriusque sexus.

369. Est causa multorum peccatorum.

Illa ingredientia, ex quibus conficitur atramentum, secundum se albescent, uti gallae, aqua, vitriolum: sed si conjungantur nigrescunt.

Silex & chalybs secundum se frigeant, sed si colliduntur, flammam dant. Ita se res habet cum familiaritate utriusque sexus. B. ferm. 35. n. 26. P. p. 2. disc. 10. n. 2, 3, 4.

Florenis recenter cufus splendescit, sed si per multas manus vagatur, mucidus fit.

Per vulpes colligatas Samson combussit fetegas: vulpes colligatae sunt personae amantes, haec late incendium turpis amoris propagant. B. ferm. 36. n. 18. ferm. 42. S. 3. ferm. 79. n. 11.

Neque dicas; periculum non esse, consanguineos vos esse, nam etiam inter consanguineos flamma libidinis ardet: in Vereri lege etiam consanguinei, frater a sorore, soror a fratre in templo separabantur. B. ferm. 42. n. 8. & seq. Vide Titulum: *Occasio mala. Societas mala, &c.*

S. Ephrem olivam urbem Edessam ingressus ab impudica femina per fenestram prospiciente salutatus est: querebat illa, quid tibi vis Patet: quid imperas? Re-

posuit sanctus, tres costos lateres desidero, ut haec fenestra obstruatur. Quod si Sanctus Vir judicavit de prospectu unius feminae per fenestram mala oriri, quid fiet per confortia, & familiaritates? A. lect. 7. n. 22.

B. Jordanus ex Ordine Divi Dominici Generalis, cum aliquando Religiosus apud ipsum accusatus fuisset, quod feminae collapsae manum porrexit, iste autem praeteriret, fuisse feminam oppido piam, reposuit: Terra ex se bona est, aqua plantalis itidem est bona, si vero conjungantur, immundam sortitiam efficiunt. D. 3. 52.

